



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 2. Comitatus Zutphaniensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Bonum est quod bene ostendit.
dreâ Austrio Cardinale excitari iussa, vt Bom-
melium coërceret, sed ei in vicinâ Insulâ Voor-
na *Voor*, Mauricius aliam arcem opposuit de
suo nomine.

ARENA-

CENSIS

TETRAR-

CHIA

*le Quartier
d'Arnhem,*

In

VELVIA,
seu Velau-
nia, la Veline.

ARENACVM: vetus oppidum vulgò *Arnhem*, mil-
le passibus à Fossa Drusiana, qua nunc dicitur
Isell-oort; vbi Rhenus seftus facit vno è suis al-
ueis Vahalim. Hæc est sedes Senatus huius Pro-
uinciaæ, & Cancellaria.

HARDERIUM: *Harderuwick*, ad interiorem sinum
Freti Australis vulgò *Zuyderzée*, satis commo-
dus portus: Academia celebris, & vbi moneta
Gueldriæ percutitur. Hæc vox Latinè vicum
Opilionum sonat.

ELBURGUS, ad idem Fretum: *Elbourg*, oppidulum
non inelegans.

WAGENINGA: *Wwagening*, olim affixa Rheno,
nunc parum diffita. Credunt aliqui esse vada
Taciti; alij tamen olim dictam Vaganum arbit-
rantur.

HATTEMUM: *Hattem*, ad Isellam, oppidulum mu-
nitum cum arce.

§. 2. Comitatus Zutphanensis, seu Tetrarchia Zutphania,
olim pars Gueldriæ, le Comté, ou Quartier de Zutphen.

ZUTPHANIA: *Zutphen*, Iunio ciuitas Vispetarum ad Fl. Isallam,
vbi in eum cadit Fl. Berkela *Berkel*, à Batauis & Hispanis al-
ternante fortunâ recepta, hodie munitissima.

DOESBURGUS, seu Dusburgum: *Doesburg*, ad Isallam, oppidulum
lautum & permunitum.

GROLLA: *Grolle*, egregiè munita ad Fl. Slingam *sling*, qui mox in
Berkelam cadit, Hispanis crepta.

BREFORTIA: *Breefort*, in palustri loco sita.

ISELBURGUS: *Izelbourg*.

ANHOLTUM: *Anholt*.

DOTECHEMUM: *Dotechem*, ad Fl. Old-Izel, dupli muro septum.

LOCHEMUM: *Lochem*, ad Fl. Berkelam.

§. 3. Hollandia, sic dictam volunt aliqui quasi pays des Bois,
alij quasi Terre-creuse. Tota pascua est; lanifica
sine lino, fabrilis sine ligno.

N V M. I. Hollandia Meridionalis.

TERRITORIUM ALTE NENSE	VORCOMIVM, aliter Woudrichemum, Thuano Vandricomium: <i>Vorcum</i> , ad Vahalim habens è regione Lœuesteyniam arcem. Oppidum est valdè munitum. Huesdenum, siue Heusda: <i>Heusden</i> , oppidulum cultissimum, & firmum.
TERRIT. ABLA- CENS E	GÖRICHEMVM: <i>Gorcum</i> , ad Isallam vbi recipit Lingam Fl. tardum, vrbs cincta propugnaculis egregiis. Viana: <i>Vianen</i> , ad Leccam Fl. cum castro, Bredorodiæ familiae. Neoportus: <i>Nieuport</i> , ad Fl. Leccam: defecit in burgum.
TERRIT. KRIM	Schoonhouia: <i>Schoonhouen</i> , opposita Neoporto, & verò ex eius ruinis crevit, ad Elicem ex Isalla deriuatum sita est.
Territoire de Krimpen.	Krimpenum: <i>Krimpen</i> .
DECER- PTA	Gertrudis mons, seu Gertrudenbergum: <i>Gertuydenberg</i> , ad Fl. Meruam, celebre oppidum piscatione Clupearum des Alofes.
BRABAN- TIAE	Scuenberga: <i>Scuenberg</i> , Comitatus caput. Clundera: <i>Clundert</i> , in Insula Ruygenhillensi de Rogenill, ditionis Arausicanæ. Villemstadium: <i>Villemstad</i> , à Guilielmo Arausicano excitata in eadem Insulâ.
Rogneures de Brabant.	